

Rursus Pisam à Rauenna Libonotum uersus distare ait stadijs septingentis, per diuisiōē tamē climatum, necnon horariorū interuallorum, Pisam qui dem in tertio intersticio horario ponit, Rauennā uero in quarto, quin & quā Nouimagiū Britānia australius esse dicit miliaribus quīnginta nouē, Bo realius tamen per climata ostendit: Athum quoque ordinans sub parallelo, qui per Helleponsū trāsit, Amphiopolim tamen & loca circūiecta, super Athum et Strymonis ostia sita, in quarto climate, ac infra Helleponsū ponit, Si militer quum Thracia ferē tota sub parallelo qui p̄ Byzantiū trāsit posita sit, uniuersas tamen ciuitates eius mediterraneas, in climate qd supra hūc parallellum est, cōstituit. Quinetiā Trapezuntē, inquit, statuemus sub parallelo q̄ per Bizantiū trāsit, Sataliaqz Armeniā ostendens à Trapezunte abesse meridiē uersus, miliaribus sexaginta, secundum tamē parallelorū descriptionem, eū, qui per Byzantiū trāsit, per Satalia, & non per Trapezuntē ducit. Sed & Nilum fluuium se ueritati consonum, descripturum inquit, ex quo primum à meridie ad arctos usq̄ Meroē accedere uidetur, pariter et Aromatū nauigatiō nem ad paludes, ex quibus Nilus fluit, Aparciā perfici. Veruntamen Aroma ta oriētaliōra sunt quā Meroē: nam & Ptolemais ferarū orientaliōr est, quam Meroē & Nilus, decem dierum itinere aut duodecim: Ptolemaide item orientaliores existūt angustiē Adulici sinus, que sunt iuxta Ocalem Chersonesum & Dyren, stadijs tribus milibus quīngentis: illis uero adhuc orientaliōr est magnorum Aromatū promotorium, stadijs quīque milibus.

In caput decimumquintum annot.

Emendata uniuersae cognitae terrae longitudine & latitudine, ostēdit in hoc capite Ptolemaeus Marinū circa particulariū locorū longitudinē & latitudinem in diuersis opusculis, que de geographia scripsit, diuersa sensisse & plane errasse. Nam loca opposita, hoc est, in uno meridianō sita, nōnunquam in unum collocavit parallellum & cōtrā. Ex

multis autem erroribus eius, quosdam producit in lucem corrigitq;. Tarragona urbs est Hispaniae habēs in longitudine gradus 16. in latitudine 40. Iulia seu Iol Cæsarea urbs est Mauritaniae Cæsariensis habens in longitudine gradus 17. & in latitudine 33. Pyrenei uero montes habent in long. ex parte maris mediterranei gradus 20. Pachynus promontorium est Sicilie habens in long. gradus 40. & in lat. 35, atq; dimidium. Leptis magna est in Africa minore, ut suprā signauimus, capite octauo. Himera est in Sicilia, habetq; in longitudine gradus 37. & in lat. totidē. Theanē uero sunt in Afri ca minore, & habent in long. gradus 38. & in lat. gradus fere 32. Tergestū & Rauennā inuenies in tabula Italie. Canobus est in Aegypto, habens gradus long. 61. & lat. 31. Chælidonie, scopulis sunt iuxta Lyciam, habentes in longitudine 61. in latitudine 36. Acamas promontorium est in Cypro habens in longitudine 64. & in latitudine 35. Pharus quoque est in Cypro, habens gradus 64. & 35. Sebennitum in Aegypto est. 61. 31. Strymon fluuius est in Macedonia, cuius ostia habent gradus 50. 41. Athus mons est quoque in Macedonia 51. 41. Adulicum sinum inuenies in sinu Arabico, &c.

QVOD EVM LATVERE QVAE
dam in prouinciarum termina-
tionibus. Cap. XVI.



Vinetiā circa regionū fi-
nes quādam eum latue-
re, quemadmodū quum
totam Mysiam ab ortu,
mari terminat Pontico.

Thraciam uero ab occasu, Mysia supe-
riori. Quin & Italiam à septētrionibus
solum Rhætia finit, ac Norico: sed &
Pannoniam à meridie sola Dalmatia,
& non etiā Italia terminari scribit.
Sogdianos præterea mediterraneos, &
Saccas, à meridie Indiā conterminos
esse duos insuper parallelos, & eū qui
per Helleponsū transit, & qui per
Byzatiū, suntq; Imao monte, qui in
India septētrionalissimus est Borealiō
res, nequaquam per dictas scribit gen-
tes sed potius illum, qui per medium
Pontum transit.

In caput decimumsexum annot.

Thracia non est ab occasu Mysia, ut Marinus
b 4 scripsit